

SECTIO III.

De Conditionibus, ad Religiosam Professionem requisitis.

SUMMARIÆ.

III. & seqq. Professio Religiosa premittendus est Novitiatus. 114. Per integrum annum. 115. & seq. Ponuntur & discutuntur duas limitaciones. 117. & seqq. Annum debet esse mathematicè complectus. 123. & seqq. Debet etiam continuus & interpolatus esse. 126. & seqq. Quandomana censetur Novitiatus esse discomitatus? 135. & seq. Non datur hic parvitas materia. 137. & seqq. An quis jam expleto Novitiatu, regrediatur ad Saculum, postmodum per novum & integrum annum sit probandus? 141. & seq. Quid, si transiret ad aliud Monasterium? 143. & seqq. Num annus Novitiatus in Monasterio sit necessario transgredius? 146. & seq. Utrum Novitiis debeat in habitu Religionis prabari? 148. & seqq. Quid Juris sit circa Novitios? 152. & seqq. Professio nonque duabus ante mensibus est premittenda, dispositio circa temporalia. 153. & seqq. Dispositio, ante Novitiatum facta, indistincte valeat. 161. & seqq. Salvo tamen regressu in casu egressus? 163. & seqq. Vales etiam subinde in Novitiatu. 166.

S. I.

De Novitiatu.

III Religiosum facit professio certæ Regule ex n. 7. & seqq. Professio autem non emittitur, antequam integer probationis annus seu Novitiatus emenius fuerit juxta cap. *Gosfaldus* I. XVII. q. 2. cap. ad *Apostolicam fidem* 16. de *Regular.* cap. *constitutionem* 3. cōd. rit. in 6. Trident. Concil. sēf. 25. de *Regular.* cap. 15. 112 Nam, ut sapientissime SS. P. Benedictus in cap. 58. Reg. de noviter veniente ad conversionem proloquitur, non si calili tribunatur ingressus, sed, sicut ait *Apostolus* (1. Joan. 4.) probate fratribus, si ex DEO sunt. Et certè, cum ex testimonio D. Basili hominem à luxori vita ratione ad strictioriem disciplinam finè medio transire, periculò non carcat, pramittenda est probatio & tyrocinium Religiosum, ut non solum recenter conversus experitatur Religionis onera & gravamina, sed professione finè spe relaxationis sustinenda; sed etiam Monasterium capiat de moribus & indeole experimentum, utrum ad statum, quem intendit profiteri, idoneus, & ad communitatem, in qua vivere debet, sit habilis.

114 Hic annus, tametsi de Jure Veteri in Ordinibus non Mendicantibus potuerit abbreviari, Novitiò & Monasteriò, in quorum favorem introducuntur censetur, consentientibus d. cap. ad *Apostolicam* 16. de *Regular.* cap. non solum 2. cap. *constitutionem* 3. cōd. in 6. hodie tamen ex integro compleri debet, postquam in Concil. Trid. cit. sēf. cap. 15. statutum est, ut in quacunque Religione tam iurorum quam Mulinorum Professio non fiat ante decimum sextum annum expletum; nec, qui minore tempore, quam per annum post

voluerunt, sufficere annum, moraliter com-

118 plerum: tum quia & Monasterio & Novitiu est favorable, professionem accelerare posse; idéque subintende videtur Regula ex l. à qua atate 5. ff. Qui teſtam, fac. pōf. quod annus civiliter computari debeat: tum quia defectus unius vel alterius horas non est considerabilis in ordine ad professionem, eò quod nihil admodum deliberationi vel probationi requiri.

119 Sanchez econtra Suarez, Rodriguez, quos refert & sequitur Wiesenthal rit. de *Regular.* n.

25. König ad cunct. tit. n. 14. Wex cit. l. n. 9. Guerather cit. l. 1. tit. 30. n. 20. & ipse Barbosa cit. l. 5. verum in hac &c. cum communissima & Rota Romana p. 10. in recent. decif. 300. n. 33. probata sententia computationem mathematicam desiderant; quibus addituplatur tam cit. cap. 15. Trident ubi exigitur, ut Novitius in probatione steterit non minori tempore, quam per annum; cum tamen minus utique tempore sit, si secundum omnes horæ ultimi diei sint 120 claps; quam regula, potioribus calculis recepta, & ex l. denique Divus 3. §. 3. ff. de Minor. in lib. 2. tr. 3. de Procesu Iudic. cap. 3. n. 136. collecta, quod mathematica computatio toties requiratur, quoties illi, de cuius etate queritur, est magis proficia. Atqui Novitio, quin & Monasterio, magis est proficia mathematica computatio: cum per professionem anticipata amittat libertatem, ac obligacionem latravem & perpetuam subeat. Ergo &c.

121 Ratio prior, in oppositum defensens, non strigit: quandoquidem magis est Novitius favorable, professionem differre, quam maturingare posse, quarenus diutius in statu libertatis & deliberationis manere queat; quin & ipsi Monasterio, ne proficiunt, quem etiam in ultimis quasi horis subinde potest explorare, maturius admittere, admissumque retinere co-

122 gatur. Ex quo pariter ratio posterior ex oppositis dissolvitur: cum unam vel alteram horam ad deliberandum superesse, favor reputetur, non parum considerandus: siquidem in negotio fatalis non tantum horæ, sed momenta quoque maximi sunt momenti.

123 Disceptatio II. an & quomodo probationis annus debeat esse continuus?

Resp. I. apud omnes in confessio esse, annum probationis debeat sine interruptione continuari, dum in Trid. Concil. cit. sēf. 25. de *Regular.* cap. 15. aperte constituitur, ut, qui professionem emittere cogitat, non minori tempore quam per annum post suscepit habitum in probatione stet.

124 Sed, nisi probationis annus absque interruptione continetur, dici non potest, quod Novitius per annum in probatione stet.

125 ter: quemadmodum in aliis quoque Iuris materiali, in quibus annus aut aliud tempus exiguntur, non censetur quis tempus illud transfigisse, nisi continuum sit arg. l. ficit 3. l. omnes 4. l. cū notissimi 7. in pr. 5. l. & 5. Cod. de Pro-

126 script. 30. vel 40. annos. Ergo &c. Accedit, quod tyrocinium Religiosum, numquam interpolatum, longè gravius & rigidius sit, quam distinctum per intervalla: nam, ut ni-

hil dicamus de operibus penitentiae v. g. jejunio, oratione, vigiliis &c. que tanto sunt difficiliora, quanto longiora & magis continua: alla quoque exercitia, ceteroquin grata & iucunda, molestiam & tedium non raro generant, quando, nullā interruptione facta, minimum protrahuntur. Videantur Panormit. in cap. ad *Apostolicam* 16. de *Regular.* n. 9. Barbosa de Offic. & pot. Ep. alleg. 101. n. 22. Fagnanus in cap. *infirmitate* n. 11. Qui Clerici vel vocantes n. 33. Rota Rom. cit. p. 10. decif. 300. n. 33.

Resp. II. annum tamdiu censeri continuum, quādiu Novitus dimisso habitu, animo Religionis derelinquendi, actu non egreditur è Monasterio; prout ex Salmanticensibus pro infallibili regula adstruit Reverendiss. DD. Guerather cit. tit. 30. n. 20. Hinc, qui

127 ad seculum, retinetò habitu, cum Superiorum licentia regreditur, non animo Religionis defendi, sed valetudinis curande, negotii expediendi, vel etiam recreationis caprande gratia, censetur annum probationis adhuc continuare; ne ceteretur, si redierit, tempus absentia supplere. Tamburin. de J. A. tom. 3. disp. 6. q. 7. n. 16. Wex cit. Epis. p. 1. cap. 5. §. 1. n. 31. & seq. Reiffenstuel ad tit. de *Regular.* n.

128 106. Censetur namque continuo in Mo-

nasterio manere, qui habet animum, ibidem continuo perseverandi, & ea, qua Religionis sunt, quantum potest, agendi: sicut continuo reputatur possidere rei, qui eandem comple-

129 ditur animo, licet corporaliter rei non insitac. S. possidere 5. Instit. de Interd. l. possidere autem 3. §. 7. & 11. l. clam possidere 6. §. 11. ff. de A. vol. A. P.

Quamquam si longiori tempore No-

130 vitius extra Monasterium degener, professio nem nullam declaraverit Rota Rom. in recent.

p. 19. tom. 1. decif. 361. n. 5. Hinc II. qui

131 habitum quidem, animo defensendi Religionem, abicit, sed, antequam è claustro egredetur, reasumit, necdum interrupisse Novitium creditur; prout non obscurè in situat Fagnan. d. l. n. 37. Wex cit. l. n. 25.

Ad ve-

132 ram quidem interruptionem sola habitus depositio, etiam cum animo derelinquendi Ordi- dem, ex eo non sufficere videtur: quia nec habitum semper portare quis obligatur; nec animum exequendi habere prohibetur, dummodo non excusat; nec plenè secundum statutum dereliquerit prasumitur, qui, quod statuit, occasione data non statim exequitur.

Hinc III. qui, dimisso habitu, non animo defe-

133 rendi, sed levitatis causa ex Monasterio paulisper recederet, revocatus ramen illicè Monasterium repperet, non posset in rigore dici,

Novitium non continuasse, arg. l. Fatus 38. §. 3. ff. de Liberali causa, ubi ICtus responderet,

servum, ea conditione vel idem, ut, si per triennium servire, manumitteratur, elapsò trienniò manumittendum esse, licet interea aliquando fugerit, & post tempus reversus sit. Sic rur-

134 us sentire videtur Wex cit. l. num. 21. & seq.

Tamburin. d. l. n. 18. & à fortiori Authores illi, qui recessum cum animo derelinquendi ad paucos dies, citra periculum interruptionis,

admit-

- 134 admittuntur. Nihilominus ex tali peculatia habebit Monasterium causam omnino rationabilem, regredienti Novicio ulteriore locum & tempus longius in Monasterio negandi: cum periculum sit, ne qui in Noviciatu fine licentia reverti ad seculum est ausus, id etiam post professionem attentare non ve-reatur.
- 135 Superiora requisita, puta actualis egressio, dimissio habitus, & animus Ordinein deferen-di, si conjunctim concurrant, censetur annus probationis discontinuatus, & consequenter in casu pénitentiae de novo inchoandus esse, quantumcumque modicum temporis, etiam unius horae spatium intercesserit. Ita P. Engel ad cit. de Regular. n. 34. Fagnanius ad cit. cap. insinuante n. 35. & seqq. Sylvester v. Religio s. n. 4. Pignatell. tom. 9. Consult. 175. n. 3. & seqq. Reisenfuerl. cit. l. n. 105. Wex cit. l. num. 21. eodique teste communis, ac Sacra Congregatiois declaratione robورata sententia, quam etiam tenuit Rota Rom. in recent. d. p. 10. de-136cis. 100. n. 33. & seqq. Ratio est: quia per similem egressum destruitur status anterior, assumitur status secularis, cotulisse homo moraliter immutatur: & ideo in casu pénitentiae novus integer probationis annus recte prescribitur.
- 137 Disceptatur III. debetneis, qui post comple-138 tum Noviciatum, ante professionem emis-tem-poribus, pénitentia vel alia causa ductus, regredie-tur ad seculum, novum probationis annum suftinuit, si rursus faculo valedicat, atque ad Monasterium deferuntur redcat?
- Resp. affirmativam, quam defendunt Suarez de Relig. tom. 3. l. 5. cap. 15. num. 8. Tam-burin. cit. diff. 6. q. 7. n. 11. & 15. Palao D. p. 2. num. 16. à Rota Romana in recent. p. 13. decif. 14. decifam, & factis in ratione fundam-139 entibus: sicut enim in cafo, quod Noviciatus inter-rumpitur, novus annus probationis requiri-tur: quia status Religiosi extinctus, & secu-laris electus creditur; sic etiam in cafo, quod Noviciatus integrè quidem expletus, sed ante professionem status secularis electus est: ne-que enim concedens aut consultum existima-tum, hominem seculari-um ad professionem ad-mittere, priusquam mores suos Religioni de-140 prouaberit. Et, licet antea per in-tegrum annum probatus fuerit: attamen, quia per statutus defensionem probatio illa pro-extincta & pretermis habetur, ac novus omni-nus titulus novam faciendo probationem con-currat: eam ob rem ad Monasterium è faculo re-versus, adhuc per annum Noviciatus agat, ne-gatiq; utile aut necessarium erit. Ne-gatiq; tamen sententia non pauciores habet. Patronos, quando nec Religio interea quoad modum vivendi mutata, nec Religiosus eges-tus quoad mores notabiliter deformatus, eumque in finem veridiis artefactis est munitus; ut videre est apud Clariif. P. Wex cit. l. n. 27. & 2. seqq. & P. Wiefner ad cit. de Regu-lar. n. 31. & seqq. eamque à S. Congregatione sepius probatam est, tradit Fagnan. cit. l. n. 32.
- Disceptatur V. utrum Novitiū debeant in 141 haberi Religionis probari?
- Olim non erat necessitas, ut Novitiū proba-rentur in habitat Religionis, veluti patet ex Re-gula S. Benedicti. cap. 8. proprie. & ibi Perez in Comment. n. 40. cap. ult. XVII. q. 2. cap. super eo 9. & ibi Gonzalez num. 5. de Regular. At ho-142 die, cum Trident. Concil. cit. sess. 25. de Regu-lar.

139. cap. 15. non prius permitat Noviciatum incipere, quam post habitus susceptionem: cumque portatio habitus nonnulli ad probatio-nem Religionis, præstrium ubi habitus valde rigidus & apergit, conducat per ea, que no-tar citat. Gonzalez: in plerisque Religionibus (excepta Societate) debet Novicius integrè probationis anno habitum Regularem, ab habitu Professorum plerumque distingui so-litum, portare. Gonzalez ad l. Sylvester ubi supra in v. Religio s. n. 5. Wiefner cit. l. n. 23. Guerather ad l. n. 22.
- 140 Hac de Noviciatu, ritè instituendō. Qui-bus pro materia integritate superaddendum est, Novicius, ante professionem emissum, li-berè ad statum laicalem & mundanum redire possit cap. Statutus 23. de Regular. Hinc etiam, quādum Noviciatus durat, participant quidem privilegia Regularium arg. cap. Reli-gio 21. b. n. de Sent. excommunicat. in 6. tam-quād cingendi, & in via ad professionem constituti; attamen Regulam Ordinis per sa-loquendō ob defectum Vororum servare non tenentur: quamvis omnino conveniens sit, ut in observantia Regule professis se conforment Novicii, quatenus ante professionem sic vivere dicant, sicut post professionem viven-dum erit. Tamburin. cit. diff. 6. q. 11. n. 25. Wex cit. n. 51. & seqq. Jurisdictioni ni-hilominus & foro Praefati Regularis tam in-terno quam externo Novicius æquè ad pro-fessus subiectus: cō quod Jurisdictionem, istam, approbante Ecclesia, in se prorogasse videatur. Sperell. fori Eccle. p. 1. decif. 15. n. 14. & seqq. Layman de elec. & pot. Prælat. q. 227. resp. 2. Barbofa de Off. & pot. Episc. aleg. 12. num. 37. Farina. Prax. Criminal. q. 8. sub n. 46. Engel de Privil. Monast. priv. 48. n. 3.
- II. De dispositione circa temporalia.
- 141 A Nequam Novicius sacram professionem nunquac debet de rebus & iuribus tem-poralibus, quæ possidet, disponere: nam, fe-cuta profelione, tollit ex facultas disponendi, omnia bona & jura in Monasterio, si domini in communis capax, ipsò iure transfe-runtur iuxta Aut. ingressi Cod. de SS. Eccle-si. Aut. nunc autem Cod. de Episc. & Cleric. aut. si Monasterium dominii si incapax, statim ad hæredes ab intellato devolvuntur.
- 142 Tametí vero Novicius omni tempore de bonis & iuribus suis ante Concil. Trid. dis-pone potuerit arg. l. in re mandata 21. Cod. Mand. attamen post illud Concil. in sess. 23. de Regular. cap. 16. non valet nisi renuntiatio ob-ligatio; etiam cum iuramento vel in favorem cuius-que causa pia, nisi fiat intra dies mensis proximo ante professionem, ac prof. sequatur. Ra-tio hujus constitutionis Conciliaris est: quia non rarè Religionum Candidati, ex zelo in-tempore opinantes, se nunquam ad facu-lum reddituros, circa dispositionem rerum & bonorum temporalium nimis præcipites & li-berales sunt; sed, postquam Religionis & Mo-nasterii onera melius sunt experti, vel ipsos ingressus, vel Monasterium admissionis pos-nit: idcirco ne libertas regresus, ob fa-ciam antecedenter renuntiatione temporalium, adulmitur, aut minuatur, omnis renun-tiatio & obligatio non solum interdicta sed etiam annullata est, nisi duobus mensibus pro-ximis ante professionem fiat, & simul profes-sio actu sequatur. P. Engel ad iii. de Regular. num. 27.
- 143 An autem per hanc constitutionem prohi-beatur & irritetur etiam illa dispositio, quam fecit Novicius in faculo, non quidem ablo-lutè & sine reflexione ad futuram profes-sionem (tali, siquidem est omni iure concessa), nec credibile videatur, quod sine clariori expre-sione, sua constitutionem in materia indifferenti ad non-subditos extendere voluerit: longe credibilis est, quod solos ingressos eadēm constitutione comprehendent.

¹⁶¹ Interim, si contingenter Novitium, qui ex causa secuti ingressus prius in facultate notabilis bonorum parti renunciavit, ex Noviciatu egredi, ac damnum inde non modicum sentire, ipsum in integrum esse restituendum, non tantum si minor, sed etiam si major sit, judicat P. Engel cit. l. n. 29. eumque secutus P. Wex cit. cap. 5. §. 1. n. 83. et quod Praetor ex generali clausula toties restitutioem pollicetur, quaeque equitas fugerit. hujus editio 1. in fin. l. & seq.

¹⁶² s. dect. 26. §. 9. ff. Ex quib. caus. major. Quin etiam ex eo capite revocationem rei donata vel cesse concedi, exsuffiat P. Wieschner cit. iii. n. 57. quia deficit conditio, vel causa seu professio Religiosa, cuius intuitu donatio effacta. Possetque fortassis revocanti conditio sine causa accommodaripert textus in l. et hac 1. in princ. & 3. §§. seqq. ff. de Conditione sine causa.

¹⁶³ Excipiuntur à superiori prohibitione Conciliarii contractus onerosi, emptio-venditio, locatio-conducio, permutatio &c. in quibus, cum dans in aequivalenti cantundem ab accipiente recipiat, nec patrimonium contrahens, nec libertas regrediens minuitur. ¹⁶⁴ ill. actus ultima voluntatis, testamento, legata, donationes mortis causa &c. qui non possunt esse vel nocivū vel impedivī libertatis: utpote cū ex natura sua semper revocati vā.

S. III.

De ipso actu Religiosa Professionis.

¹⁶⁵ Psem̄ actus Religiosa Professionis, post integrum Novitiatū annum instituenda, est contractus sacer, quod aliquis per emissiōnēm votorum substantialium iuxta certam & approbatam Regularē DEO ac Religioni perpetuo se obligat.

¹⁶⁶ Fit duplíciter, exp̄s̄e, & tacitè. Expressè, quando verbis, scripturā, aliōe sensibili signo confessus exprimitur. Tacitè, quando ex facto quodam proportionato animus & confessus internus elicitor, puta si Novitius post annum probationis aut alibi, qui solis professis sunt proprii, se immiscat, ac votum v. g. in Capitulo fecit; aut habuit, Professi similem, deporte juxta cap. viii. cap. ad nostram 8. de Regular. cap. is qui 1. cod. in 6.

¹⁶⁷ Posterior proficendi modus eisdem nec hodie videtur abrogatus, prout frequentissimō calamo testantur Authores apud P. Wex cit. l. n. 8. At, perhibente eodem Authorē, Fagnano in cap. viii. de Regular. num. 39. in fin. Card. de Luca de Regular. discit. n. 40. n. 7. per rarus, imò in multis Religionibus plane inservit.

¹⁶⁸ Titus est. Certe Benedictini in Reg. cap. 58. praescribitur, ut suam professionem manu propriā scribant, aut, si non sciant literas, alter ab illis rogatus scribat, & Novitii, pro quibus scribatur, signum faciant, & manu sua eam super altare ponant &c. Expedit enim (at sapientissimus Perez in cit. cap. n. 35.) visible aliquod extare testimonium authen-

teant. III. actus inter vivos, qui gratuitū, quidem, sed propter adjectam conditionem, non antea sint irrevocabiles, quād si professio sequatur, dum neque per istos vel Tridentini scopo, vel disponentis favori contraveniunt. Conferantur Barbola in cit. cap. 16. Trid. an. 3. & de off. & per. Ep. d. alleg. 99. n. 12. Engel cit. l. num. 29. Pirhing ad tit. de Regular. num. 80. Molina d. l. diffit. 149. num. 14. Wieschner d. l. num. 52. & 2. seqq. & num. 60. & seq.

Caterū ad valorem dispositionis, ante ¹⁶⁶ professionem facienda, Episcopi quoque vel Vicarii licentia desideratur in cit. cap. 6. quam tam in quibusdam Religionibus in defensione venire, testatur P. Pirhing cit. l. n. 88. eique consentiunt Rodriguez & Lezana apud P. Wieschner d. l. n. 69.

Consequens ex dictis est, Novitio, ad fin. ¹⁶⁷ culum remeanti, omnia, que secum attulit in Monasterium, esse restituenda, juxta definitionem Concilii cit. seq. 25. cap. 16. Nisi forte Novitius ob vobis & vestimentis quidpiam Monasterio dedit: ad quam tamen dationem, attendit Jure communī, non est obstrictus: utpote cū serviterit Monasterio, & victum a vobis ex donatione & intentione Fundatorum accepit. Tambur. tom. 3. diff. 6. p. 9. num. 5. Wex d. l. n. 60.

S. III.

De ipso actu Religiosa Professionis.

ticum, quod, si opus fuerit, possit imponerum ad tali professione constare:

Dubitabili I. utrum in professione ¹⁷² debeat nominatum exprimi vota substantialis?

Resp. negative. Ratio est: tum quia vota substantialia cuilibet approbatæ Regule, quam Religiosi profitentur, essentialiter sunt annexa cap. iiii ad Monasterium 6. de Statu Monach. in fin. sicut Ordinibus majoribus votum solenē casitatis indisponibiliter est colligatum. cap. an. de Voto & voti red. in 6. tum quia in ¹⁷³ professione tacita nec unius nec alterius voti specifica fit expressio: tum quia in Regul. S. Bened. cit. cap. 58. profitens exp̄s̄e non votet casitatem & paupertatem, sed promittit de stabilitate sua, & conversione morum suorum, & obedientia coram DEO & Sanctis eius. Perez in cit. cap. n. 20. & seqq. Caramuel in Reg. diff. 62. per tot. Innocent. in cap. consulti de Regular. n. 1. Engel ad eund. tit. n. 9.

Dubitabili II. num Professione Religiosa de ¹⁷⁴ beat dirigit ad certum Monasterium? Resp. in illis Ordinibus, in quibus votetur stabilitas (quales sunt plerique Ordinum non Mendicantium) professionem ad certum Monasterium dirigi. Rota Rom. in recent. p. 6. decif. 4. n. 3. 4. 5. & 8. Confalat ex Reg. 5. S. Bened. tum cap. 58. ubi & stabilitas & obedientia diriguntur ad Abbatem loci; finē cuius profide licentia non licet amplius è loco discedere: tum ex prologo in fin. ibi: ab ipsius

De acceptatione Professionis.

unquam Magisterio discedentes, in ejus doctrina usque ad mortem in NB. Monasterio perseverantes.

¹⁷⁶ Ratio est: quia, qui stabilitatem voget in loco, hoc ipso dirigit suam professionem ad certum locum, & tacitè promittit, quod ibi Regulam & annexa Regula vota servare velit.

Alioquin evenierit, ut pro libito a loco recedere, & consequenter omnia vota, præsternit obedientia, eludere posset. Neque enim Abbat alteri, in cuius manus professionem non emisit, fas esset, vel ad locum certum, vel ad certum munus, vel ad limites & orbem tam obseruantis Regularis talēm Religiosum compellere. Unde qui sine licencia Prelati migrat à Monasterio, juxta Doctorem Melliliūm de precept. cap. 20. est molesta Fratribus, inobedienti Seniori, iei Antititi; & stabilitatis insuper prævaricatur pallium, & primam irritat facit fidem. Legatur Illustris. Caramuel cit. loc. diff. 44. per tot.

¹⁷⁸ Dices: potest quis professionem suam ad Ordinem incertum dirigere cap. consulti num. 3. de Regular. in 6. Ergo etiam ad Monasterium incertum.

¹⁷⁹ Resp. anteced. quidem in cit. cap. decimum, sed ad talam professionem tacitam limitatum, medoque iudicium solum intelligendum esse de professione simplici, seu vim simplicium votorum habente: cum professori sollempni obliget ad statum Regularē, non qualemcumque, sed certa regule adstrīatum. Quin immo cit. cap. hodie non amplius obtinere, constat ex iis, quia notat Pignatell. tom. 8. consule. 55. num. 14.

¹⁸⁰ Dubitabili III. debeatne professio fieri in loco sacro?

Resp. necessitatem non esse, professionem in loco sacro faciendi (neque enim confititio vel loco extat, ex quo necessitas inferatur. Glossa in cap. porrectum de Regular. Abbas ibid.

¹⁸¹ num. 7. Perez in cit. cap. 58. Reg. n. 36.) homestam tamē & maximē concedens esse, ut sacrificium & hostia viva, que per professionem consecratur, offeratur in loco sacro: quem in finem S. P. Bened. cit. cap. voluit, ut charta professionis in Oratorio super altare ponatur à profidente, conformati Psal. 50. y. ubi, ibi: n. 35. & seq.

S. IV.

De acceptatione Professionis.

¹⁸² Religiosam Professionem in num. 168. diximus esse contractum sacram, quod DEO & Religioni quis seipsum conferat. Adeoque non tantum profesus in hanc sui consecrationem consenserit, sed etiam Religio & Monasterium, in quo celebratur professio, confessum suum explicare debet. Textus in cap. porrectum 13. cap. ad Apollonicam 16. de Regular. Rota in recent. p. 11. decif. 15. num. 18.

¹⁸³ Nequit enimvero contractus utrinque obligatorius consurgere, nisi confessus ex parte utriusque partis, quam affecti obligatio, confessum prebeat. Card. de Luca de Regular. disc. 18. n. 14. & disc. 42. sub n. 19.

P. SCHIMMIER JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

inno acceptabis sacrificium iustitia, oblationes, & holocausta; tunc impotent super altare tuum vivit. Perez cit. n. 36.

Dubitabili IV. possitne religiosa professio, post Noviciatum jam exactum, ad tempus aliquod differri?

Resp. differri posse, si causa rationabilis suffragerit. Ita Tamburin. de Jure Abb. tom. 3. diff. 6. quæst. 18. n. 2. & 4. Navarr. de regularib. consil. 30. in ult. addit. Pignatell. tom. 9. consil. 87. n. 30. & seq. Ratio est: ¹⁸³ quia tam Religioni quam Novitio consultum est, professionem ad tempus differri posse: quandoquidem emergere potest casus, antehac non prolixus, qui longiore mora efflagitat. Novitio tamen, cuius professio ¹⁸⁴ differitur, præcedentiam præ aliis convivitis, citius forsan proficentibus, non alter competere, ac si statim ab soluto Noviciatu professionem conjunxit, docet cit. Pignatell. tom. 1. consil. 149. n. 12. tenuisque recenter nostra Facultas in reponso, 1715. die 30. Januarii expedit.

Dubitabili IV. num testes aliqui ad professiōnem desiderentur?

Resp. quod non: deficit enim lex, id statuens: quin & professio tacita, et si vera sit professio, testes non habet. Quod autem convenienter sit maxima, in re tanti ponderis testes adeste, non tam pro actis solennitate quam probacione, convincit sana ratio, innuit Regula Benedictina cit. cap. 58. docent Suarez, Bordonus, Wex in cit. epistole p. 1. cap. 5. §. 2. n. 34.

Dubitabili V. posse religiosa professio ¹⁸⁶ per procuratorem emitiri?

Resp. possit emitiri per procuratorem, mandato speciali, non revocato, instructum: nam præter generale regulam, que actus ferre univerbos ministerio procuratoris committi finit in cap. pœnit. quis 68. de R. F. in 6. etiam Matrimonium, cui Religiosa professio multum affinis est, officium procuratoris non designatur cap. ult. de Procurat. in 6. Glossa in cap. qd ad agendum 4. y. vel pacifici d. t. in 6. Navarrus consil. 32. de Regular. Wex cit. n. 35. & seq.

Dubitabili VI. Religiosa professio ¹⁸⁷ per procuratorem emitiri?

Resp. possit emitiri per procuratorem, mandato speciali, non revocato, instructum: nam præter generale regulam, que actus ferre univerbos ministerio procuratoris committi finit in cap. pœnit. quis 68. de R. F. in 6. etiam Matrimonium, cui Religiosa professio multum affinis est, officium procuratoris non designatur cap. ult. de Procurat. in 6. Glossa in cap. qd ad agendum 4. y. vel pacifici d. t. in 6. Navarrus consil. 32. de Regular. Wex cit. n. 35. & seq.

S. V.

De acceptatione Professionis.

Res tamen non adeo expedita est, ad quem spectet, Religiosum ad professionem admittere, seu Professionem nomine Religionis aut Monasterii acceptare? Abstrahendō nihilominus à constitutionibus & consuetudinibus particularibus, vi. quarum in Societate JESU folius Generalis, in aliis Mendicantibus Ordinibus folius Provincialis cum confessu discessorum, in non - Mendicantibus Monasteriis quandoque folius Praelatus, subinde Praelatus & Capitulum, vel Praelatus cum confessu vel Confilio Capituli jus admittendi habent per cap. ult. de Regular. in 6. Reverendiss. Guettather cit. tit. 30. num. 22. De Jure com. 190 muni

muni per quam certum existimo, admissionem ad Praelatum sic spectare, ut consensum majoris partis de Capitulo Regulari seu Conventu requirere teneatur. Ita Caramuel Theol. Regular. disp. 41. n. 48r. Perez in Reg. S. Benedict. cap. 58. n. 34. König ad tit. de Regular. num. 16. Engel edd. tit. num. 23. Wex cit. §. 2. n. 14. Guerather d. n. 2. Itaque censuit Facultas nostra, in memorato responso supra in n. 184.

191 Probatur efficaciter partim ex natura professionis, quae, cum pactum vel conventio sit, obligans non solum Praelatum, sed etiam Conventuales, ut noviter professum retenant, tanquam confratrem agnoscant, & ipsi perpetuo convivant, utique non Praesolus solius, sed etiam totius Conventus vel majoris partis assensum desiderat: partim quia Praelatus, differente majori parte, non quidem obligatoribus pecuniaris Monasterium gravare potest per cap. gravis 1. de Depo. cap. si quorundam 1. de Solution. & sic multò minus obligatione per 192 sonali: partim quia in cap. cum in Ecclesi 25. de Prabend. n. 6. indicatur, Canonicos Saculares, qui de factō non amplius in communione vivunt, sine consensu absentium recipi non posse; ut adeo nec Regulares, qui vitam ducent communem, sine consensu communia 193 tis ad communiam admitti debeant: partim denique quia, quod tangit totum Capitulum, à toto Capitulo vel majori parte probandum est cap. xl. de his qui sunt à majori parte cap. cap. quod omnes 29. R. J. in 6. l. ult. Cad. de Autob. praf.

194 Diversa opinio est Abbas in cap. ad Apostolicam 16. n. 12. & Sylvester in V. Religio 3. num. 13. Credit ute ris, Praelatum debere quidem convocare Capitulum, cum illo de admissione tractare, audire singulorum vota, absque eo tamen, quod vota majora sequentur. Favet utrique Reg. S. Benedicti cap. 3. ubi Abbas in rebus Reg. & Conventu, nonnullis modis jubetur, audire suffragia Conventus, 195 non sequi. Verum rationes, primū in medium adductæ, non solum consilium sed etiam assensum Conventus liquidò desiderant. Hinc etiam superius citati Caramuel num. 484. Perez num. 34. assertur, in Ordine Benedictino (quidquid sit, in vota secundum Conventum sint tantum consultiva, vel decisiva) ob Jus communæ, privilegia Ordinis, constitutiones particulares, & receptum morem, neminem ad professionem admitti posse, si major saltem pars Capituli Regularis non afficiatur.

196 In eo tamen Panormitanus & Sylvestri sententiam approbo, quod Praelatus in Novitiorum receptione debeat quidem Consilium. Capituli, non autem consilium, requirere: nam ex una parte negotium non exigua considerationis est, aliquem ad Novitiatum suscipere, cum taliter suscepimus jam majus ha-

beat jus ad professionem, quam alius; sicut sine Capitulo consilio talis recepicio presumenda non est. arg. cap. novit. 4. de his, quae sunt à Praeditis fini cons. cap. ex altera parte, cùm sola recepicio necedum tribuat receptio jus stabile, nullibi reperitur in Jure statuta obligatio, sequenti mentem & suffragia Conventionalium. Ergo non assensus Capituli, sed consilium duxat, necessarium est.

Quia tamen experientia constat, nec Prae- 196 latus honorificus, nec Novitiis proficuum esse, posthabitare Conventionalium votis, quemquam ad Novitiatum recipiè quod frequenter illi, qui receptioni Novitiorum contradicunt, professioni quoque refragantur: tutius & melius agit Praelatus, si statim in prima Novitiorum susceptione majoris partis assensum sequatur.

Norant hic DD. cum DD. Guerather cit. 199 num. 22. Superiorum adiri posse, quando Praelatus, neglecto majoris partis assensu, Novitium ad professionem admittere, vel repellere presumunt. An vero Novitus, iuncte à Capitularibus dimissus, ad Superiorum recurrere possit? prout judicavit Rota in rec. p. 18. tom. 1. dec. 7. n. 11. item an & quomodo pecunie Capitulares, sine causa Novitio dengando votum? Per extensum discutit Caramuel cit. l. disp. 40. a num. 472. & disp. 41. a n. 498.

Sane si vota pro susceptione Novitii ad professionem sint paria, ad novum scrutinum esse devendendum, optimè docent, & s. Congregatione crebrius decisum esse, referunt Pignatelli. tom. 4. consil. 201. n. 3. Nicol. in foliis 31. Verb. Novitia num. 23. Clericat de Regular. dis- scord. 7. n. 2. & seqq. quia, si vota sint paria, scrutinium iterari posse, tametsi Novitus in anteriori recta majoris partis conclusa fuerit rejectus: utpote cum nullibi prohibeatur, ex Pelliçario trans- scripti Clericatus d. i. m.

Potes: an etiam Abbatifia una cum Conven-

tuum suo professionem acceptare possit?

Reip. quod possit, stando in Jure commun. Textus ad propositum non absensus est in cap. consilium 4. Qui Clerici vel votent. Authoris sunt Sanchez, Azor, Pirhing de Regular. n. 135. Tamburini de Jure Abbari. tom. 4. disp. 4. q. 1. Wex cit. cap. 5. §. 2. n. 19. Ratio est: quia 202

acceptatio professionis neque est actus Ordinis, neque actus Jurisdictionis Ecclesiasticae, ad potestatem clavium pertinentis; sed est actus potestatis dominativa; quam penes Abbatifia residere, constat ex Lib. 1. tr. de Juris.

cap. 6. n. 104. & seqq. Qua ratione por-

ro Monialium professioni præmittendum sit, examen?

Docebit Concilium Trident. cit. 203

Jeff. 25. cap. 17. & ibi Interpretis cum

Barbola in Collet. à

num. 3.

SECTIO IV. De Obligationibus Religiosorum.

SUMMARIA.

204. Obligatio Religiosorum precipue consistit in Votis. 205. Definitio Votum. 206. Est promissio. 207. Illius Varietatis. 208. Dilectionem. 209. & seqq. Requirit deliberationem. 212. Et DEO. 213. Etiam si sancti fieri censetur. 214. Est de bono meliori. 215. Aliud est simplex, aliud solenne. 216. Utriusque dispositio. 217. & seqq. Contraria disolvuntur. 220. & seqq. Menor a obligationi indicatur. 223. & seqq. Obligatio solvitur ab defictum materia. 225. Ceßante conditione vel fin. 226. & seqq. Irritatione. 232. Redempcio. 232. & seqq. Commutatione. 234. Dispensatione. 235. Si fuerit simplex. 236. Agitur de Obligatione Votorum solennium. 237. & seqq. Panperitatis. 241. Casitatis. 242. Obedientia. 243. & seqq. Stabilitatis & Conseruationis morum. 245. Hac obligatio est inflabilis. 246. & seqq. Secundum aliquos nequidem S. Pontifex dispensare potest. 248. & seqq. Contraria tamen sententia eligitur. 251. & seqq. Et ad priorum argumenta respondetur. 255. & seqq. Religiosus, in Episcopum a summis, manet Religiosus. 259. & seqq. Difficiuntur obstacula. 263. & seqq. Nec

S. I. De Potis in Genero.

204. Religiosus professus obligations permul- 205. tas contrahit. Inter haec emitte obligatio Votorum, de quibus, ad maiorem per- spicitudinem, nonnulla præmittemus in gene- re, priusquam eadem in specie penitentem. Votum igitur, in genere sumptum, est nihil aliud, quam promissio deliberata, DEO facta, de bono meliori. Ita Theologi & Canonista unco corde & ore. Dixi I. promissio. Nam per Votum vove- 206 mus & promittimus, quod aliquid dare, facere, vel non facere velimus. Et quia haec datum, vel factum porei respicere vel rem, vel perfona, vel rem simul & perfona: hinc etiam Votum aliud reale, aliud personale, aliud mixtum appellatur. Reale censetur, quando res tantum in promissionem venit, ut quando eleemosyna, Sacrificium Missæ, oblatione pia vo- 207 tur. Personale reputatur, quando actio vel omissione meret personalis, v.g. peregrinatio vel abstinentia a carnibus aut vino propterit. Maxime est, quando res vel actio, v.g. pere- grinatio cum Sacrificio vel oblatione sponde- tur. Dilectionem est, quod Votum perfona- le solam votentis personam afficiat, pro- 208 curatoris ministerium non admittat, ac in ha- redem (nisi hereditatem sub ea conditione, ut Votum implete, accepit) non transeat: cum econtra Votum reale & procuratoris vi- ces non repuat, & haeredem personas strin- gat; sive & mixtum, quatenus rei praefatio- nes, ab actione personali separabilem, conti-

